



**R. P. Thomæ Tamburini È Societate Jesu Opera Omnia**

**Tamburini, Tommaso**

**Lugduni, 1689**

Res vendita solum vitiosa ex parte.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-78172](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-78172)



Cap. vii. *Intermedium eius partem: opponit interim vendi-  
tem: et morbum fuisse repentinum, atque ex praesenti  
his. Nisi fuit inceptor persuadere, advocat Anato-  
miam, equi viscera ex arte naviter exploraturos. Quis  
ex his nugis vacuas aures daret? & ratio esse ultio-  
ri potest, quia tanti res apud communem estimatio-  
nem valet, quanta eius bonitas bona fide expertibus  
patet, qui nullum respectum habere ad occultissimam  
vitiū consueverunt. Vide, quod non multo post di-  
citur, 34.*

Potest quatuor superius inter questiones haberi  
multo molestiores.

*Res vendita solum vitiosa ex parte.*

Quæstio prima facilis: Quando plura singul veniunt, quatum aliqua sunt notabiliter vitiosa, aliqua non intempest, crime validus, an in invalidus contractus. Respondendo, cum Bonac. contratt. d. 3. q. 2. p. 6. num. 3. si quis, vel res habent inter se connexionem, spectanda est emens, & invalidus est quoad omnia, frustra enim suo fine emptor; Vel non habent, & tunc videtur est, quoad partem non vitiosam, quia tunc magis militat illud iuris: *Vitio per inane non vitiosatur*. Exemplum: Vendis duos equos ad equitandum, constat emptoribus, quoad alterum equitatum apum, si alter ineptus venierit. Vendis eisdem duos equos ad thesaurum tractandum, nulla est venditio, si alter e equis inventiatur ineptus.

*Fruſtus rei vitioſa vendita cuius?*

[illegible]

*Vitium patens an manifestandum?*

3. Quæstio tertia molesta est: An vitium patens non  
necesse est, v.g. equum esse monoculum, debeat ex iustitia  
manifestari emptori, qui illud non advertit?

Respondere, hac in questione maxime ad verendum  
est illud tale facere, scilicet habere negative aliquid, verum  
ad ratho, politice abscondere vitium. Hoc postulatur  
non quia licet: Vnde damnamus passim eos, qui d  
in nocte, vel sub tenebris, vbi admixtas cum bonis dar  
opera merentur, ut earum vitia non advertantur  
de eos, qui infundunt guttam argenti vivi in equum  
habetum, quo generosus apparcat, & eos, qui sub ver  
hac tegere lateantur fuisse vituperari oratio. cui verum

Vendo bene equum quasi caecum, quasi claudum, quasi  
 facium (sic loquuntur Siculi) plenum ossibus & c. & si  
 non est, quia quidam est decipere, si hoc non fit? & si  
 gerere volunt: (dixi) nam si sic dicatur sincere, ne re  
 agat ad damna forte futura, vel forte occulta, tunc  
 praestitum non est positive decipere, sed prudenter agere  
 ut modo dicitur. 29. dictum est. Illud prius, hoc est, ta  
 cito manifestum vitium, non est improbare carere  
 insinuat, si res vendatur iusto pretio, & sine pericu  
 lo damni alterius. Ita Turt. d. 58. d. 2. alique apud  
 Dicitur par. 1. tract. de contract. resol. 39. Bonac. loci  
 innot. 1. alios citat. Dicitur lib. 2. de iust. tract. 9. dispo  
 sitio. 2. par. 10. cir. D. Thom. lib. 2. in Azor. Navar. alio  
 que, quia venditor non obligatur facere partes em  
 ptoris, offendendo ea, quae ex se parent, & videre fi  
 cile potest emptor. Si tamen ex inculpabili inadverten

¶ *tia, vel hebeti sensu, vitium manifestum emptor non videt, obligabitur venditor illud ostendere, quia venditor obligatur tradere rem, non vitiosam, & ex alia non habet hic excusationem ductam ab emptoris prudentia cui se committere possit?*

*Interrogatus de vitio, quid respondebis?*

37. Quæstio quarta præcedente molestior: An venditor interrogatus de mercis bonitate, vel malitia obligetur, semper, & quandoque vitium notabile patet facere? Respondeo obligari, non solum, quando expresse, sed etiam quando tacite emptor interrogat, si emptor offendat se vinum, verbi gratiâ, emere, quia illud diu servare vult, id enim est tacite interrogare de bonitate vini. Ratio est, quia scelus dolus daret causam contractui, & consequenter invalida esset venditio. Excipio primum, nisi venditor sincere, & sine fraude aperte emptori fateatur se nolle rem suam vendere, nisi prout est, iuxta modum dicti *num. 29.* Excipio secundum, quando vitium est parvi momenti, quo etiam cognito, indicatur ex circumstantiis emptor empturus fuisse: tunc enim dolus non dat causam contractui, solum relictumque erit excessus pretij, si carius, quam valeat, res vendita sit. Verum, si vitium sit dicti parvi ponderis, & nihilominus ex circumstantiis cognoscatur, eo vitio cognito, emptor empturus nequaquam fuisse, invalida est venditio, quia ea tunc æquiparatur venditioni conditionata, sic *Nolo emere, si adsit hoc vitium.* Cum igitur adsit vitium, deest consensus ut supra dictum est in *Notatione secunda*, & consequenter obligabitur Venditor pretium totum reddere remque sibi restituere, nisi aliter voluerit emptor.

*De vendente rem incogniti valoris.*

34. Iam verò occasione vitij non cogniti in re, de quo hæcenus disputavimus, dicamus aliquid: Primum de valore rei non cognito; Secundum, de ipsa re non cognita; Tertiò, de vitiosa solutione per monetar. fallam. Quoad primum, id explicabitur discutiend. venditionem quandam, quam olim Messanz. contigisse memini.

Nobilis quidam Vir vendidit cuidam, exiguo pretio, vas antiquum prægrædane in Conchæ formam expressum, rude aspectu, & ut putaretur ex vulgari metallo factum; Voluit ergo emptor ex vase illo centum circiter librarum pondus, aliud elegantioris formæ, & magis ad usum accommodatum consistere: sed intendendum adverterunt pretii Artifices, illud consistere ex ære Corinthio, pretiosissimo, quare separa erunt autè passissimi quas libras triginta, totidem circiter ægis, reliquum æris, ac stanni. Ut rem venditam inauditi (statim enim fama, quasi de invento thesauro per Urbem increbuit) ad Iudices tunc detulit, repperatur, si potuisset, pretium, ut ipse clamabat, iustum rei à se per errorem venditæ. Quid Iudices illi decernerint, ego gravissimis tunc dilentibus negotiis non adhiberi: nunc verò, cum hæc scribo, eiusmodi casum in mentem venit, & quid decernendum in conscientia fuisse subscribo.

35. Profecto casus novus non est, solet enim de  
disputari ab Authoribus, Salom. Less. Bannez, Molin. R.  
ginald. aliisque apud Dicastril. *lib. 2. de inst. tract. 9. disp.*  
*amb. 9. n. 133* sub exemplis de gemma, herba pretiosa, ru-  
auto, & similiis ab ementibus, vel vendentibus mini-  
cognitis, de quibus, antequam resolutionem de incogniti  
illo vale afferam, sic statuo.

36. Si quis emit vitrum, quod communiter tale existimabatur, & pro vitro illud alteri vendidit, & deinde in manu tertij cognita est gemma, ad nihil tenetur hic posterior emptor, sicuti nec ille prior, si illam post emptionem, ut gemmam cognovisset. Idem.